



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CLXXII. Die zur Beednigung des Streites des Domcapitels mit dem Hoyer Falke erwählten Commissarien remittieren die Altenan den Halbstäder Dompropst, da sie keinen Vergleich zu Stande bringen können, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

Ipsarumque taxationem nobis in posterum faciendas referuantes. Cum autem crescente contumacia crescere debeat etiam pena, nos ad ipsorum conuincendam militiam ipsos, ne nimis propere procedere uideamur, sub pena fore citandos decreuimus. Qua propter uobis et uestrum cuiilibet, qui super presencium executionem fuerit requisitus, in uirtute sancte obedientie et sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie — mandamus, quatenus — hoyerum falcken et iacobum de fluden predictos propriis in personis, si ipsorum copiam habere poteritis, alioquin in uestris et sancti Nicolai ecclesiis, publice de ambonibus nec non in domibus habitacionis ipsorum sic, quod ad eorum noticiam uero similiter perueniat, peremptorie sub excommunicacionis pena citetis, quos et nos simili modo citamus per presentes, ut die decima mensis septembris — coram nobis in brunswig in ambitu monasterii sancti egyptii — compareant. — Datum Brunswich die XXVII. mensis augusti anno domini M^o. CCC^o. VII^o. nostro sub sigillo.

CLXXII. Die zur Beendigung des Streites des Domcapitels mit dem Hoyer Falke erwählten Commissarien remittiren die Akten an den Halberstädter Dompropst, da sie keinen Vergleich zu Stande bringen können, am 1. Nov. 1362.

Honorabili viro domino B. de sculenburg, sancte Marie virginis in Halberstad preposito ac Magdeburg. et sancti Nicolai in stendal Ecclesiarum Canonico, Conradus swederi, sancti Jacobi in stendal Ecclesie plebanus, ac franko bodeker opidanus ibidem, arbitri seu arbitratores in causa, que vertitur inter honorabiles viros dominos prepositum decanum et Capitulum Ecclesie beati Nicolai in stendal predictae ex vna, necnon hoyerum falcken, Canonicum ejusdem ecclesie parte ex altera, Obsequii, reuerentie et honoris, quantum ipsorum. Quia cum arbitris seu arbitratoribus pro parte dicti domini hoyeri electis, neque in amicitia neque in jure concordare potuimus, uobis tamquam supremo arbitro seu arbitratori, ex utraque parte concorditer electo, articulos tam hoyeri quam etiam dominorum predictorum per discretum virum dominum Ebertum dictum de Zentfelde, dicte Ecclesie sancti Nicolai Rectorem, de quo bonam fidem gerimus, transmittimus, et duximus transmittendos vestre reuerentie attentius supplicantes, quatinus eosdem acceptare beniuole dignemini dictam causam secundum ejus merita et ut uobis videbitur ut speramus, quod bene facere uelitis et debeatis, in amicitia vel in jure infra hinc et festum Epiphanie domini sine congruo terminando. In testimonium sigilla nostra presentibus tergotenus sunt annexa. Datum anno domini M^oCCC^oLXII^o. In die Commemoracionis omnium fidelium animarum

CLXXIII. Markgraf Otto vereignet dem Propste Rudolph und dem Knappen Heinrich von Döbelin Besitzungen aus Göhre, Döbelin und Mengelingen, am 7. Mai 1363.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie marchio, — ob multiplicem famulatum, per Discretos Rudolphum de Dobelin prepositum ecclesie Stendalensis, Cappellanum, et Henricum fratrem suum, famulum, fideles nostros dilectos, nobis exhibitum ac in posterum exhibendum, ipsis ac suis heredibus appropriauimus et per presentes solempniter appropriamus duos choros annone cum dimidio modio annui redditus infra notatos, quos hactenus a nobis in feudum tenuerunt, sitos uidelicet In villa Göre in curia Nicolai Bartoldes XVIII modios tritici, In villa Dobelin in curia Wil-